

DESCRIPTIO URBIS CONSTANTINOPOLEOS

Ex Christophori de Bondelmoutibus, Florentini, opere ms., quod de insulis Archipelagi inscripsit, et ad cardinalem Jordanum de civitate Rhodi Romam misit, anno Christi 1422, proinde ante expugnatam a Turcis urbem. Exstat illud in bibliotheca regis Christianissimi, cod. 1214 (*).

Devenio ad hanc Constantinopolim urbem, et quamvis insula non sit, postquam huc pervenimus, de ea pauca pertractabimus, ut ad indicium lugentium (1) perveniatur. Est igitur a Constantino dicta (2), quæ juncta cum Byzantio eam maxime ampliavit. Post autem sæculis labentibus imperatores ecclesiis (3) eam ornare, et præsertim Justinianus, qui leges condidit et Sanctam Sophiam ædificavit cum palatio et prodromo (4). Remanet ergo triangulata (5), et 18 est in circuitu milliaria. Primo igitur de Angulo S. Demetrii (6) usque ad angulum Vlachernæ 6 milliaria, quo in spatio

centum et decem eriguntur turres. Abhinc igitur usque ad Criseam portam (8), quinque milliaria cum muro et antemurali (9) munitissimo, et vallo aquarum surgentium (10), et turres in muro altiori 96. Dehinc usque iterum Sanctum Demetrium milliaria 7 et turres 188, in quibus mœnibus est campus ab extra, et olim portus Ulanga (11), ubi Græci (12) 50000, ut dicitur, Francorum pane calcine frumentato dolose ex invidia vel timore occiderunt, quorum ossa innumerabilia usque in hodiernum diem perhibent testimonium. Et propinqua huic Condoscali (13), vel Arsena (14) restat. Et ultra fuit

Du Cangii notæ.

(*) Titulus libri sic concipitur: *Incipit liber insularum Archipelagi editus per presbyterum Christophorum de Bondelmoutibus de Florentia, quem misit de civitate Rhodi Romam domino Jordano cardinali, anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo secundo. Ex hoc libro pleraque haustit quæ habet de insulis Archipelagi Thomas Porcacchus Arretinus, etsi auctoris nomen ignotum sibi fuisse scribat, ut testatur in operis, quod De insulis orbis inscripsit, præfatio.*

(1) *Indicium lugentium.* Sic in ms.: forte, *judicium legentium.*

(2) *A Constantino dicta.* Senator: *Pacatiano et Hilariano coss. civitas quæ prius Byzantium dicta est, nunc mutato nomine a Constantino Constantinopolis dicta.* Paulus Orosius, l. vii, cap. 28. *De Constantino: Urbem nomine suo Romanorum regum, vel primus, vel solus instituit.* Eutropius, l. x; *Primusque urbem nominis sui ad tantum fastigium evehere molitus est, ut Romæ armulam faceret.* Vide Alypium Antioch. in Geogr. c. 32, et scriptores Byzantinos.

(3) *Ecclesiis.* Vide Fulcher. Carnot. l. i, Hist. Hier. c. 4; Guillel. Tyr. l. xx, c. 26, Benjaminum, Albericum, et alios a nobis laudatos in not. ad Villhard. n. 66.

(4) *Prodromo.* An hippodromo, vel templo aliquo, quod in D. Joanni τοῦ Προδρόμου nomen erexit Justinianus, aut de novo instauraverit, ejusmodi fuit illud quod in hebdomo exstitit, de quo Procopius, l. i de Ædif. c. 28.

(5) *Triangulata.* Willel. Tyr. l. ii, c. 7 de Cpoli: *Formam habens trianguli trium inæqualium laterum, etc.* Vide Geogr. Nubiens. p. 235. Monstrelletum vol. 3, p. 59. Itinerar. D. de Breves, Thevetum, etc.

(6) *Angulo S. Demetrii.* Vide notas ad Alexiadem, p. 561.

(7) *Angulus Vlachernæ.* De Blachernarum ædisque Deiparæ ejusdem appellationis situ passim scriptores Byzantini, præsertim Gyllius l. i, c. 16, et l. iv, c. 5. Nis etiam quædam ad Villhard. n. 85.

(8) *Criseam portam.* Quæ Χρυσῆ πύλη scriptoribus Byzantinis, de qua multa diximus ad eundem Villhard. n. 129.

(9) *Antemurali.* Vile notata ad Villhard. n. 89 et ad Alexiadem, p. 54.

(10) *Aquarum surgentium.* Scaturientium. Porcacchus: *È questa parte ha un muro doppio, cioè muro e antemurale, et col fosso pien d'acqua, che risorge, e rende il luogo fortissimo.*

(11) *Ulanga.* Locus ubi olim exstitit domus Andronici tyranni. Nicetas in Man. l. iv, n. 2: *Καὶ παρὰ δόξαν Ἀνδρόνικος εἰς τὸν οἰκεῖον οἶκον παρελθὼν ὃς τοῦ Βλάγγα ἐπικέκληται.* Meminit vero portus ad Blancam Pachymeres, l. v, c. 10: *Τὸ περὶ τὸν Βλάγγα κοντάσκαλον ἀνοικοδομεῖν ἤθελεν.* Adde Ducam, c. 39, p. 159.

(12) *Ubi Græci.* Eadem habet Porcacchus. Rem vero narrat Nicetas in Man. l. i, n. 5. Adde Petr. Cluniac. l. vi, Epist. 16.

(13) *Condoscali.* Contoscalium; nihil aliud est quam parva scals; κοντὸν enim Græcis parvum sonat. Contoscalium igitur νεώριον fuit supra mare Propontidis, ejus situm discimus ex porta quæ etiamnum hodie a Neorio, cui adhæret, nomen sumpsit, et porta Contoscalii dicitur. Etiam ipsa porta, ut ait Leunclavius in Pand. n. 200, velut intra sinum quemdam abscedit versus urbem, et ab altera parte proximum sibi portum habet pro triremibus in mare se porrigentem, et muro circumdatum. Contoscalii meminit Pachymeres, l. v, c. 10; Cantacuzenus, l. iv, c. 11; Phranzes, l. iii, c. 11, et Codinus in Orig. p. 54 editionis regię.

(14) *Arsena.* Sanutas, l. ii, part. iv, c. 12, ait *Arsenam vulgariè vocari locum ubi conservatur navigium.* Sansovinus in Venetia, l. viii, dictam vult quasi *arcem senatus.* Sed an vere, alii judicent. *Arsenalem Cpolitam extruxit Theophilus imp. Michaelis filius; uti docet inscriptio, quam habet Thevetus, l. xix Cosmogr., c. 5, et ex eo Gruterus, p. 169, 3.*

supra incenia amplissimum *Justiniani palatium* (15), cum ecclesia *Enea* (16) dicta, nobilissima, mosaico-rumque ædificiorum, atque cum pavimento miri ingenii contexto. Ibi in alto et supra mare erat *Speculum* (17) immensurabilis magnitudinis, circumspectum a longe nimis, ei omnia ejus ædificia marmorea in mare videntur prosternata, prope *portulam imperatoris* (18) dicti. Etiam de immenso *palatio* (19) usque ad *Sanctam Sophiam*, erat per milliare via columnarum (20) binarum, per quam dominus accedebat, ubi octingentorum clericorum (21) per circuitum domus erant; et de totius insulæ Trinacriæ, ut dicitur, fructum capiebant. Nunc autem sola testudo (22) ecclesiæ remanet in ea, quia omnia disrupta sunt et ad nihilum deveniunt, a qua usque ad pavimentum 144 brachiorum (23), et a pavimento usque planum fundamenti, quia toto una *cisterna* optimæ aquæ ampliatur brachiorum 17. Insuper per ecclesiam sunt de angulo ad angulum 120 brachia, quia desuper rotunda,

Du Cangii notæ.

(15) *Justiniani palatium*. De quo nos fuse ad Villhard. n. 83.

(16) *Ecclesia Enea*. *Ædes τῶν ἐννεα ταγμάτων, novem ordinum angelorum*, de qua Scylitzes, p. 808; Zonaras, p. 214; Cantacuzen, l. iii, c. 88. Ab hac æde porta urbis vicina *Ἀσωμάτων* dicta eidem Cantacuzeno, l. i, c. 53.

(17) *Speculum*. Turris forte ad speculandum hostes de longe confecta seu porticus, *πενταπύργιον palatium*, antea *Magnaaura* appellatum, ut auctor est Scylitzes p. 513, de quo passim scriptores Byzantini. Exstitit porro *Pentapyrgium* haud procul a Justiniani palatio, ad caput freti Syæni. Vix enim putem Bondelmontium hocce vocabulo indicasse publicum balneum, cui *Κάτοπτρον* nomen fuit, a Constantino ædificatum, de quo Codinus, in Orig.

(18) *Portula imperatoris*. Eadem forte, quæ vicina fuit ædi *Deiparæ Ὁδηγητρίας*, et inde *μικρὰ πύλη τῆς Ὁδηγητρίας* dicitur Ducæ, c. 11, et 39, qui eam diserte statuit inter acropolim et magnum palatium. Aut potius ea porta, quæ βασιλική nuncupatur ab eodem Ducæ c. 38, p. 155 et 166, et Pachymere, l. xii, c. 15; l. xiii, c. 8; maritima nempe, per quam imperator ex palatio ad mare navem ingressurus descendebat. Describitur illa a Tyrio l. xx, c. 25. Adde Annam, p. 445.

(19) *Immenso palatio*. *Magnum palatium* intelligi, quod *Constantinianum* appellat Tyrius. Vide notas ad Villhard. 123 et ad Annam, p. 66.

(20) *Via mille columnarum*. Forum intelligitur quod *Augustæum* vocabant, et columnis cingebatur. Procopius, l. i de *Ædif. Just.*: "Ἔστι δὲ ἡ ἀγορὰ πρὸ τῶν βασιλείων περιστυλός, Αὐγουσταίων καλοῦσι τὴν ἀγορὰν οἱ Βυζάντιοι. Alibi e regione senatus Augustæum statuit in 4 regione, vetus orbis Descriptio. Denique vicinum fuisse Magnæ ecclesiæ colligitur ex incendio, quo conflavit in seditione Victoriatorum, apud Chronicum Alexandr. p. 778, et Cedrenum, p. 369. Sed et Nicetas in Alex. Man. F. n. 6 et Codinus De offic. Antæ CP. c. xvii, n. 10, tradunt vestibula Magnæ ecclesiæ in Augustæo exstitisse: unde προαύλιον τοῦ μεγάλου ναοῦ dicitur Zonaræ p. 52, dum Justinianeam statuat describit, quam in vestibulo Magnæ ecclesiæ exstitisse constat, atque adeo in ipso Augustæo, unde Cedrenus, p. 347, Augustæonis nomen ipsi statuæ tribuit. Porro Augustæum a Constantino M. exstructum scribunt Hesychius Milesius et Chronicum Alexandrinum. Portis vero ip-

et in plano quadrangulata recedit. Quisne poterit enumerare ornamenta marmorum atque porphyrorum, cum mosaicis liniamentis, quia et a quo latere incipere vellem evanesco. Extra igitur ecclesiam ad meridiem in platea *columna* (24) septingentorum cubitorum alta videtur, cujus in capite Justinianus æreus equester habetur, et pomum cum læva aureum tenens, ad occidentem cum dextera minatur. Et juxta hanc sex *columnæ marmoreæ* erectæ magnæ videntur seriatim. Ultra vero has ad meridiem *hippodromus* (25) descenditur, quod Latine equi cursus appellatur. In hoc autem spatio nobiles coram iustrabant (26) populo, et duella atque torniamenta parabantur, 690 etiam magnitudine brach. et 154 ampliatur. Et supra columnas ædificatum est, in quibus *cisterna* (27) amplissima optimæ aquæ totum supra dictum continet spatium. In capite vero *hippodromi* 24 erant altissimæ columnæ (28), ubi imperator (29) cum principibus residebat. Ab una autem parte et altera *hippodromi* sedilia gradatim in lon-

rum ipsum clausum fuisse, Nicetas loco citato, et Codinus in Orig. CP. commemorant. Scripsit Georgius Pachymeres ἔκφρασιν τοῦ Αὐγουσταίωνος, quæ exstat in bibliotheca Regia. V. Gyll. in CP. l. ii, c. 17.

(21) 800 clericorum. Vide leg. 3 c. De sacros. Eccl. novell. iii, c. 4, § 1; et nov. xvi, ubi de numero clericorum Majoris ecclesiæ sub Justiniano.

(22) *Nunc autem sola testudo*. Augerius Bushequius in Itin. Cp. de æde Sophiana: *Est ea sane moles magnifica et digna quæ spectetur, maximo cum fornice sive hemisphærio in medio, quod a solo impluvio lumen habet. Sunt qui fuisse multo majus, multisque appendicibus late se extendisse, easque jampridem recisas omnes, et adyta sola, quodque fuit in templo medium remansisse asserant*. Similia habet ex Græculorum relatione D. de Breves in Itin.; sed hæc mera esse eorum signimenta norunt, qui Byzantinam historiam vel leviter attigere.

(23) *Usque ad pavimentum*. Vide Evagrium l. iv, c. 29, et Gyllium in CP. l. ii, c. 3 et 4.

(24) *Columna*. Describitur Justinianea ista columna et statua a Procopio, l. i De *Ædif. Justin.*; Nicephoro Gregora l. vii, p. 193, 194; Zonara p. 52; Cedreno, p. 734; Suida in Justiniano; Codino in Orig. CP., Manuele Chrysolora p. 121; Guilielmo de Baldenzael in Hodæpor, ad terram sanctam p. 103, etc.; illius etiam meminit Nicephorus Callist. in Proœmio p. 16. Tzetzes, etc.; ut vero a Turcis, non modo statua, sed et columna eversa fuerit, narrat Gyllius in CP. l. ii, c. 17.

(25) *Hippodromus*. Hippodromum Cpelitanum a Severo inchoatum absolvit Constantinus M. ut scribunt Zosimus l. i, Hesychius Milesius, Cedrenus p. 252, Glycas, Codinus in Orig. et alii passim. Describitur a Gyllio, l. ii, c. 11; et a Theueto, l. xix Cosmog., c. 3.

(26) *Iustrabant*. Ex Italico *giostrare*, Gallis *jouter*.

(27) *Cisterna optimæ aquæ*. Nam cum area hippodromi inæqualis esset, et versus Sphendonem declivis, Constantinus M., ut locum planum redderet, in loco declivi cisternam ædificavit, columnis variis sustentatam. Ita Codinus in Orig. CP.

(28) 24 erant altissimæ columnæ. Quæ describuntur a Gyllio, l. ii, c. 13.

(29) *Ubi imperator*. Quoties ludos Circenses spectabat imperator, in tribunali sedebat, quod Chronicum Alexandr. p. 60, 762 et 787, κάθισμα τοῦ

g idline ipsius erant marmorea, ubi populus sedendo eandem ludam comprehendebat. Per medium denique dicti cursus in longitudine humilis est murus. Et primo versus *Sophiam* est ecclesia (30), cum muro magifico et innumerabilium fenestrarum ornatu, ubi dominæ et juvenulæ cum matronis suos prospiciebant dilectos, ubi in principio dicti muri summus *balneus* (31) erigebatur, in quo vulnerati ponebantur. Deinde *Agulia* (32) ex uno lapide in quatuor æneis taxillis in altum erecta cernitur cubitorum 21 et in pede ejus versus sic sonat :

*Difficilis quondam dominis parere serenis,
Jussus et extinctis pulmam portare tyrannis,
Omnia Theodosio cedunt sobolique perenni,
Ter denis sic victus ego domitusque diebus
Judice sub Proclo superas elatus ad auras.*

Ultra hunc lapidem tres *æneos serpentes* (33) in unum videmus oribus apertis, a quibus, ut dicitur, aqua, vinum et lac ab eis exhibat diebus iustrantium (34). Ultra in altero ex multis lapidibus *Agulia* (35) confecta 58 cubitorum erigitur. Ultra denique

A in fine humilis muri hujus (36) quatuor humiles columnæ marmoreæ videntur erectæ, in quibus imperatrix præcunebat ad festum. Fecit Theodosius (37) omnia ista, et alia multa per urbem laudanda. Reperiuntur in sepe hodie infinitæ columnæ, quarum quidem quinque videntur marmoreæ, et 60 cubitorum pro qualibet elevatur in altum, et primo *columna Justiniani* (38) dicta; secunda *crucis* (39), quo in loco quatuor erectæ porphyriæ videntur. In quibus quidem equi quatuor ænei aurati (40) positi erant, et Veneti illos Venetiis apud Sanctum detulere Marcam, columnis remanentibus. Tertiaque (41) quarta columnarum quasi in medio *polis* (42) sunt positæ, in quibus circumcirca acta imperatorum sculpta cognoscuntur. In ecclesia vero *Sanctorum Apostolorum* (43) quinta cum *angelo* æneo (44) et *Constantino* genu flexo columna est, et ecclesia jam derupta, et amplissima omnia sepulera imperatorum (45) porphyrea videntur magnifica, una cum *Constantini* immenso (46), et ibi

Du Cangii notæ.

ἰκπιχοῦ, et κάθισμα βασιλικόν et δεσποτικόν appellatur. Procopius, l. i De bello Pers., κάθηται δὲ εἰς τὸν βασιλείου θρόνον, ἔθεν ὁ βασιλεὺς εἰώθει τὸν τε ἰκπιχὸν καὶ γυμνικὸν θεῖσθαι ἀγῶνα. Max tribunal istud porticui Venetorum proximum fuisse innuit: Ἐπειδὴ περὶ τὴν Βενέταιον ἐγεγόνει στοά, ἢ τοῦ βασιλέως θρόνου ἐν δεξιᾷ ἔστιν. Illud de novo instauravit Justinianus A. 1. Marcellianus comes: Anno regie urbis conditæ 198, regium vestibulum, priscumque in eo solium, ob aspicienda probandaque in circo certamina *structum, victor Justinianus princeps eminentius clariorque quam antea fuerat, et utramque senatorum ex more spectantium porticum solitu magnanimitate redintegavit.* Sic autem istud Justiniani solium describitur a Corippo l. ii, De laudib. Justin.:

*Utque salutato tetigit subsellia vulgo,
Auratum scandens solium, sedemque paternam,
Constructam plumis, pulchrisque tapetibus altam,
Aspexit letus populos, etc.*

ad illud aditus patebat per portam, quam Chronicon Alexandr. p. 784 Μονόπορτον vocat. Vide Lambecium ad Codinum, p. 147.

(30) *Ecclesia.* Quæ ista fuerit, haud constat. Tres porro S. Sophiæ adjunctas ædes sacras memorant scriptores, Deiparæ a Verina Augusta extractæ, Theodori a Sphoratio, et Irenes, de qua nos infra. V, Justinianum Nov. iii, c. 3; porro Sophiani templi muris proximum fuisse ait hippodromum Benjaminus Tudelensis, ut et ceteri scriptores Byzantini.

(31) *Summus balneus.* Zeuxippus, balacum publicum, quod adjunctum hippodromo fuisse scribit Suidas in Severo; palatio, Sozomenus, l. iii, c. 8, de Zeuxippo passim scriptores.

(32) *Agulia.* Ex Italico *Aguglia*, Obeliscus CP. de quo fise egimus ad p. 493 Alexiad.

(33) *Tres æneos serpentes.* Vide Thevetum loco citato et Bushequium in Itin. CP. p. 41 edit. Plantin.

(34) *Diebus iustrantium*, l. e. in quibus fiebant equestres ludi.

(35) *Ex multis lapidibus Agulia.* Colossus stru-tilis obelisco excelisior, in medio hippodromo, ex lapidibus quadratis factus, qui describitur a Gyllio l. ii, c. 12.

(36) *Quatuor humiles columnæ.* Locus inde, ubi illæ erant, Τετραλίων dictus Theophani A. 5 Phocæ, Chr. 607. *Quatuor columnæ*, Anastasio in Hist. Eccl. p. 87, et Diacono, l. xvii Hist. Mæc. p. 527.

(37) *Theodosius.* Atqui neuter Theodosius in hippodromo quidquam extruxisse aut confecisse legitur, si bene memini.

(38) *Columna Justiniani.* Quæ existit in Augusto.

(39) *Secunda crucia.* An ea quæ existit juxta ædem 40 Martyrum, a Phoca A. 7 erecta, cui Heraclius imp. crucem imposuit? *Columnæ crucis* meminit Ducas, c. 39, p. 162, 163. *Hodie columna cremata* appellatur, quod incendiis tota deformata sit, inquit Bulialdus. Codinus in Orig. Cp. p. 25, 27, 36, aliquot columnas enumerat, quibus cruces superimpositæ erant. V. not. ad p. 52 Alexiad.

(40) *Equi quatuor ænei aurati.* Gyllius l. ii, c. 13: *Antequam Galli et Veneti cepissent Sipolim, exstabant in hippodromo cum alii permulti equi lapidei et ærei, tum quatuor inaurati mira arte elaborati, quales hodie exstant supra vestibulum ædis Marcianæ Veneticæ, quos deportatos aiunt ex Cyoli.*

(41) *Tertiaque.* Vide Iter CP. Augerii Bushequii p. 41, edit. Plantini, et notas ad Villhard. 163.

(42) *In medio polis.* Πλευρῶς, urbis. Ita enim CP. vocabant Græci istius ævi: unde hodierna urbis appellatio *Stambol* pro στάν πόλιν, seu εἰς τὴν πόλιν, quod qui in urbem proficiscebantur, eum rogarentur quo irent, responderent στάν πόλιν, in urbem.

(43) *Ecclesia SS. Apostolorum.* De hac æde egimus ad Villhard. p. 138. De ea etiam multis Gyllius, l. iv, c. 2.

(44) *Quinta cum angelo æneo.* Vide Codinum in G. p. 16.

(45) *Sepulera imperatorum.* Vide notas ad Villhard. p. 138.

(46) *Constantiæ in tenso.* Auctor est Eusebius, l. iv De vita Constantini, ipsum Constantinum in æde Apostolorum sepulcrum sibi extruxisse medium inter duodecim apostolorum monumenta, ὡς ἂν καὶ μετὰ τελευταίην ἀξιώση τῶν ἐνταυθοῖ μελλουσῶν ἐπὶ τμητῶν Ἀποστόλων συντελεῖσθαι εὐχῶν. Id ipsum tradunt Socrates, l. i c. ult.; Sozomenus l. ii, c. ult.; Procop., Chronic. Alexand.; Theophanes; Alexand. Monach. De Inventione S. Crucis, Zonaras et alii qui in templo sepultum a Constantio filio narrant. Addunt Euseb. Socrates, Alexander Monach. et auctor Vitæ Constantini M. et Helenæ matris apud Gretser. l. III De cruce, p. 1721, depositum Constantini corpus ἐν λάρνυκι χρυσεῖ, seu locello aureo, Nicomedia, ubi

columna ubi Christus (47) ligatus et flagellatus est. In monasterio *Pantocratoris* (48) est lapis ubi Joseph (49) revolvit Christum in syndone. In monasterio *S. Joannis de Petra* (50) sunt vestimenta Christi (51), et arundo (52) cum spongia (53) et lancea (54) in unum conservata. Sunt denique per urbem innumerabiles ecclesiarum atque cisternarum mirae magnitudinis et industriarum fabricatarum et in ruina po-

Du Cangii notae.

extinctus est, CP. detulisse milites, posteaque a Constantio in aedem SS. Apostolorum illatum, et in monumento porphyretico depositum una cum matris Helenae corpore. Cedrenus: Καὶ ἀπετέθη ἐν λάβρακι πορφυρῷ, ἦτοι Ῥωμαίῳ, αὐτὸς τε καὶ ἡ μήτηρ Ἑλένη. Ita etiam Nicephorus Callist. l. viii, c. 55 et auctor Hist. Miscellae l. xi. Scribit Gyllius in CPoli l. iv, c. 2 sua aetate, secundum viam latam, quae tendit per dorsum promontorii ab aede Sophiae ad portam Adrianopolitanam, prope locum ubi fuit templum Apostolorum, existisse aedem ex porphyretico marmore factam, sed vacuum, et carens operculo, longum 10 pedes, altum 5 pedes et semissem, quod Graeci et Turci dicebant esse magni Constantini. At Zonaras non in ipso Apostolorum templo existisse illud sepulcrum narrat, sed ἐν ἰδιαζούσῃ μὲν ποιοῦσα, ἣν ἐπὶ τῇ ταφῇ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ (Constantius) φροδομήσεν. Inde in aedem Acacii Constantini corpus transtulerat Macedonius patriarcha, qui eo facto Constantii indignationem incurrens, dignitate privatus est. Sed non multo post in pristinum locum relatum est, uti narrat idem Zonaras. Verum cujusvis materiae fuerit istud Constantini sepulcrum, id constat fuisse variis ornamentis aureis circumpositis insigne, quae a foribus ablata esse Alexio Angelo imperante narrat Nicetas in Vita Alexii l. i, n. 8. Ad illud procedere solitum imperatorem die D. Constantino festo, qui est 21 Maii, scribit Codinus, De offic. aulae Cp. c. 15. Meminit etiam Constantiani monumenti Manuel Chrysoloras, in Epist. ad Joann. imp. p. 121.

(47) *Columna ubi Christus*. Tradit Martinus Crusius, in Notis ad Malaxum, existisse sua aetate in ecclesia patriarchali, quam τοῦ παμμακαρίστου fuisse ait, columnam ad quam Christus flagellatus dicitur; aedis vero τῆς παμμακαρίστου mentio est apud Cantacuzenum, l. iii, c. 80; Pachymer. l. i, c. 9, Ducam c. 22, Malaxam, Histor. Politicam, etc. De hac columna agunt pluribus Gretserus, tom. I De Cruce, l. i, c. 96; et Ferrandus, l. i Disquisit. reliq. c. 2, p. 76 et seq.

(48) *Pantocratoris*. De hac aede vide Notas ad Cinnami l. i.

(49) *Lapis ubi Joseph*. Ut in aedem Pantocratoris Epheso translatus sit, narrat Nicetas in Man. l. D vii, n. 7; et Cinnamus, l. vi.

(50) *S. Joannis de Petra*. V. Notas ad Alexiadem, p. 54.

(51) *Vestimenta Christi*. V. Ferrandem, Disquisit. Reliq. l. i, c. 2.

(52) *Arundo*. V. Tyrium, l. xx, c. 25; et Ducam, c. 41, p. 172.

(53) *Spongia*. Illata in urbem anno 4. Heraclii, 14 Sept. Ind. 5. Chron. Alexandr. p. 880. Vide W. l. Tyrium, l. xx, c. 25; Ducam, c. 41, p. 172, 40, 5; Histor. Franc. p. 343.

(54) *Lancea*. Qua latus Domini aperuit Longinus, Hierosolymis allata in urbem, et in Magna ecclesia reposita 28 Octob. A. 4 Heraclii. Chron. Alexandr. p. 882. V. Not. ad Alexiadis p. 242 et 326.

(55) *Vegetum*. Italis veggia, est modius vini.

(56) *Cisterna S. Joannis de Petra*. A Manuele im-

peratore exstructa, ut auctor est Cinnamus, l. vi. (57) *Cisterna Pantepopti*. De hac cisterna silent scriptores, aedis vero τοῦ παντεπόπτου mentio non seorsim occurrit. Ab Anna Ducena, Alexii imperatoris matre, exstructum hocce monasterium scribunt Zonaras et Glycas, et cum a rerum administratione sese abdicasset, in illud secessisse, ibique reliquum vitae exegisse. Neque tantum virorum fuit, sed et feminarum: in illud relegatos Theodosium patriarcham CP. Alexio Manuelis filio imperante, et Lopardam quemdam, qui sub Andronico tyrannidem invaserat, scribit Nicetas in Alexio n. 8 et in Andron. l. i, n. 4, qui illud procul a Sophiana aede dissitum fuisse ait. Idem in Murtzaphlo n. 2 in colle aedificatum tradit. Meminit monasterii τοῦ Σωτήρος παντεπόπτου CPoli Pachymeres, l. iv, c. 28; et Bessarion in opuscul. De process. Spirit. sancti ad Alexium Lascarium Philanthrop.

peratore exstructa, ut auctor est Cinnamus, l. vi.

(57) *Cisterna Pantepopti*. De hac cisterna silent scriptores, aedis vero τοῦ παντεπόπτου mentio non seorsim occurrit. Ab Anna Ducena, Alexii imperatoris matre, exstructum hocce monasterium scribunt Zonaras et Glycas, et cum a rerum administratione sese abdicasset, in illud secessisse, ibique reliquum vitae exegisse. Neque tantum virorum fuit, sed et feminarum: in illud relegatos Theodosium patriarcham CP. Alexio Manuelis filio imperante, et Lopardam quemdam, qui sub Andronico tyrannidem invaserat, scribit Nicetas in Alexio n. 8 et in Andron. l. i, n. 4, qui illud procul a Sophiana aede dissitum fuisse ait. Idem in Murtzaphlo n. 2 in colle aedificatum tradit. Meminit monasterii τοῦ Σωτήρος παντεπόπτου CPoli Pachymeres, l. iv, c. 28; et Bessarion in opuscul. De process. Spirit. sancti ad Alexium Lascarium Philanthrop.

(58) *Cisterna Apostolorum*. Scribit Gyllius, l. iv, c. 2 aedis Apostolorum nulla restare hodie vestigia, ac ne fundamentorum quidem, nisi fundamenta quaedam cisternae, quae aquam suppeditabat aedi apostolicae, in cujus quidem cisternae solo sunt officinae et tabernae ophippiorum circiter ducentae. Eadem forte cum Arcadiana quam in 11 regione statuit vetus urbis Descriptio, ubi etiam existit aedes Apostolorum.

(59) *Cisterna Mahumeti*. Quis iste Mahumetes fuerit, haud facile est divinare, ut et qua in urbis regione cisterna ista existerit: etsi probabile est alia fortasse appellatione donatam. Nam quam plurimas in urbe cisternas recensent scriptores Byzantini, Arcadianam, Asparis, Basilicam, Boni, Frigidam, Basilicam Illi, Magnauram, Maximam, Mocesiam, Modestiacam, Philoxenon, Phocae, Pulcheriae seu Aetii, Theodosiacam, Palatii, et aliquot alias.

(60) *Sancta Sophia*. Praestat hoc loco perstringere quae Graeci aliquot et Latini scriptores de Sophianae aedis elegantia passim habent. Procopius l. i, De aedif. Justin. c. 4: Θέαμα τοίνυν ἐκκλησία κεκαλλιστευμένον γεγένηται, τοῖς μὲν ὁρώσιν ὑπερφυεῖς, τοῖς δὲ ἀκούουσι παντελῶς ἀπίστον. Ἐπῆρται μὲν γὰρ εἰς ὕψος οὐράνιον ὄσον, καὶ ὡς περ τῶν ἄλλων οἰκοδομημάτων ἀποσπασθεῖσα ἐπενέτευκεν, ἐπικαιμένη τῇ ἄλλῃ πόλει, κοσμοῦσα μὲν αὐτὴν, ὅτι αὐτῆς ἐστίν, ὠραῖζομένη δὲ, ὅτι αὐτῆς οὖσα καὶ ἐπεμβαίνουσα τοσοῦτον ἀνέχει, ὥστε δὴ ἐνθένδε ἡ πῦλις ἐκ περιωπῆς ἀποσκοπεῖται. Αἰθι: Ὅπηνίκα δὲ τις εὐξόμενος ἐς αὐτὸ ἴσι, ζυνήσει μὲν εὐθὺς ὡς οὐκ ἀνθρωπεῖα δυνάμει ἢ τέχνῃ, ἀλλὰ Θεοῦ βοήθῃ τὸ ἔργον τοῦτο ἀποτετέρονται. Ὁ νοῦς δὲ οἱ πρὸς τὴν θεὸν ἐπαιρόμενος ἀεροβατεῖ, οὐ μακρὰν ποῦ ἡγούμενος αὐτὸν εἶναι, ἀλλ' ἐμφιλοχωρεῖν μάλιστα οἷς αὐτῆς εἴλετο. Καὶ τοῦτο οὐ τὴν πρώτην μόνον ἰδόντι ζυμβαίνει, ἀλλὰ διηγεῖται ἐκάστῳ ταῦτό τοῦτο δοκεῖ, ὡς περ ἐνταῦθα τῆς ὕψους ἀεὶ ἀρχομένης. Τούτου χρόνον οὐδὲς τοῦ θεάματος ἐλαθε πρόποτε, ἀλλὰ πρῶτοντες μὲν τῷ ἱερῷ ἀνθρώποι τοῖς ὀρωμένοις γεγηθασιν, ἀπιόντες δὲ τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ διαλόγοις ἀποσεμνύνονται. Michael Psellus in Monodia: Τὸν περικαλλῆ ναὸν, τὸν ἀσύγκριτον οἶκον, ὃν φροδομήσεν ἡ Σοφία ἐπὶ τῷ ἑαυτῆς ὀνόματι, καὶ οὐ ὑπήρξε τούτους ἐπὶ τὸν στόλον ἐκείνους. Nicephorus Call. in Pro-

auris (61) illud explicavit opus. Sanctus Georgius A zarus (62), Chiramas (63), Enea (66), Petrus et de Mangana (62), Sancta Herini (63), Sanctus La- Paulus (67), Sancti 40 Martyrum (68), et sua ei-

Du Cangii notæ.

αμίσρ : Τὸ ἀπερινόητον καὶ ἀμήχανον ἔργον, τὸ ἄρρη-
τον κάλλος, τὴν εἰκόνα τῆς αἰδέου αὐλῆς, τὸ κοινὸν
ἀνθρώπων, εἶπω δ' ὅτι καὶ ἀγγέλων, ἐντροφήμα καὶ
ὄρασμα, τὸ τῆς τοῦ Θεοῦ λόγου Σοφίας θεῖον ὄντως
λέγω ἀνάκτορον. Cantacuzenus, l. iv, c. 4 : Ὁ γάρ τοι
τῆς Σοφίας, κάλλει τε καὶ μεγέθει τοῦς ἀπανταχοῦ
νικῶν, καὶ ὡσπερ τι κοινὸν ἀγαλμα τῆς Ῥωμαίων
ἡγεμονίας ὄν, καὶ δεῖγμα τῆς μεγαουργίας καὶ τῆς
περὶ τὰ καλὰ φιλοτιμία, etc. Ducas, c. xi : Ὁ ἐπὶ τῷ
ὀνόματι τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου Σοφίας ἀνοικοδομηθεὶς
ναὸς, καὶ τέμενος τῆς ἁγίας Τριάδος ὀνομαζόμενος,
καὶ Μεγάλη ἐκκλησία, καὶ νέα Σιών, σημερινὸν βω-
μὸς βαρβάρων, καὶ οἶκος τοῦ Μωαμῆθ ἐπεκλήθη
κα γέγονεν. Manuel Chrysologus, p. 122 : Ἀλλὰ ναὸς ἐ-
κ. ἵνος, ἢ καλῶς ποιῶν ἐκεῖνος τοῦνομα τῆς τοῦ Θεοῦ
Σοφίας ἐπεφήμησε (ἔστι γάρ ὄντως οὐκ ἀνθρωπίνης
σοφίας ἔργον). τίνα ἰδόντα ἔάσει ἕτερα τοῦ λοιποῦ λέ-
γειν. ἢ θαυμάζειν, ἢ ἑτέρων τοῦ λοιποῦ μεμνησθαι,
etc Historia Politica, p. 12 : Πῶς καταδέξατο ἡ ἐπ'
ὀνόματι τοῦ Θεοῦ Λόγου κτισθεῖσα ἁγία Σοφία, ὃ ἐπι-
γειος οὐρανός, ἡ νέα Σιών, ἣν ἐκίχηεν ὁ Κύριος καὶ
οὐκ ἀνθρωπος, τὸ καύχημα πίστεως τῆς οἰκουμένης,
τὸ ἀγαλμα τῶν ἐκκλησιῶν, ἡ ὑπερέχουσα πάντων
τῶν τῆς γῆς κτισμάτων. Hæc Greci scriptores ;
at ex Latinis, Corippus, l. ii De laudibus Ju-
stini :

*Ilicet angelici pergens in limina templi
Imposuit pia thura focis.*

Idem, l. iv. De templo Sophiano a Sophia Justini
conjugæ instaurato :

*Jam Salomoniaci sileat descriptio templi,
Cedant cunctorum miracula nota locorum,
Incluta præclarum duo sunt imitantia cælum
Consilio fundata Dei, venerabile templum,
Et Sophianarum splendentia tecta novarum.
Principis est hæc aula Dei, etc.*

Regino A. 459 de Justiniano : *Exstruxit quoque
CP. templum, quod Græco vocabulo Ἁγίαν Σο-
φίαν nominavit : cujus opus adeo cuncta ædificia
excellit, ut in totis terrarum spatiis huic simile non
possit inveniri. Similia habet Uspergensis. Gu-
lielmus et Baldenzeel in Hodæpor. : Credo quod
sub cælo, postquam mundus creatus est, non fuit
tale ædificium completum, quod huic poterit in
nobilitate et magnitudine cæteris paribus compa-
rari.*

(61) In 15 annis. In eodem errore versantur
Codinus in Orig. CP. et Michael Glycas, et ex
iis D. De Breves in Itin. Orient., qui scribunt tem-
plum Sophianum annis 17 confectum fuisse. Sed
hæc mera sunt signa Græcorum sequioris
ævi ; quippe intra annos 5 et menses 11 absolu-
tum a Justiniano constat. Cum enim conflagrasset
Magna ecclesia, seu ædes S. Sophiæ a Constantino
M. seu, ut aliis placet, Constantio illo, ædificata,
et a Theodosio junibre instaurata, in seditione
Victoriorum, quæ accidit an. Justiniani 5, Chr.
532. ind. 10 post cons. Lampadii et Orestis, 15
mensis Januarii, hanc idem imperator composita
civitate, et punitis seditionis auctoribus, cœpit eode
anno de novo instaurare. Ita Chronicon Alexandr.
p. 726 et Marcellinus comes. Cedrenus, p. 371
diem cœpti operis 23 Februarii adnotat. Sed er-
ror est in anno mundi, quem 6008 fuisse ait, seu
potius librarii, qui ἐν τῇ σῆ', pro σμ', facili lapsu
scripsit. Proinde annus mundi juxta Græcos fuit
6040, ut recte Zonaras tradit. Sed in indictione,
quam 15 euecurrisset hoc anno uterque voluit, per-
inde mendum est manifestum, cum certum sit
decimam reponi debuisse. Id evidenter patet ex

verbis ejusdem Cedreni, tradentis a die quo con-
flagraverat M. ecclesia, ad Encæniorem diem ec-
clesiæ Justinianæ, elapsos annos 5 menses 11
dies 10. Atqui conflagravit M. ecclesia 15 Januarii
a. Chr. 532, hoc est, primo seditionis die, quæ in
quintum usque protracta est, a quo ad dedicatio-
nem quæ facta est 26 Decembris a. Chr. 537 post
consulatum Belisarii secundum, indict. 15, a Ju-
stiniani 11, intersunt tot anni et menses, quot a
Cedreno computantur. Encænia enim S. Sophiæ
hoc die celebrata fuisse tradit Marcellinus comes :
*Ecclesia major CP ab imperatore Justiniano sin-
gulariter in mundo constructa dedicatur die vi Kal.
Januarias.* At cum a. Justiniani 52 trullæ seu
hemisphærii pars occidentalis terræ motu decidisset,
unaque et sacram mensam et ciborium et ambonem
contrivisset ; Justinianus, his reædificatis, ecclesiam
rurum dedicari jussit hoc anno, ut pluribus tra-
dunt Chronicon Alexandrin., Theophanes, Cedre-
nus, Hermannus Contractus, et alii ; a quo ad
annum cœptæ totius ecclesiæ exædificationis inter-
sunt anni 22, ex quibus colligitur Græcorum, si
ad secunda Encænia respexerint, ne sic quidem
constare calculum.

(62) S. Georgius de Mangana. De hac æde dixi-
mus ad Villhard. n. 178 et in Tract. Hist. de ca-
pite S. Joan. Bapt. c. 8, n. 11. Adde Alexiadem,
p. 80.

(63) Sancta Herini. Tria potissimum CP. Irenes
nomine fuisse templa comperio. Primum quod
Constantinus M. juxta ædem Sophianam exstruxit,
de quo Socrates, l. i, c. 16 ; l. ii, c. 6 ; Cedrenus
pag. 282 ; Paul. Diae. l. xi ; Niceph. Call. l. ix,
c. 4, etc. Hanc ædem Codinus Irenem antiquam
appellatam fuisse ait, ut et vetus urbis Descriptio.
Nominis rationem tradit auctor vitæ Pauli patriar.
CP. apud Photium : Χαιροτονεῖται ὁ Παῦλος ἐπίσκο-
πος ἐν τῇ τῆς Ἁγίας Εἰρήνης ἐκκλησίᾳ, ἣν ὁ χρόνος
ἀντιδιαστέλλων τῆς νέας δέδωκε καλεῖσθαι παλαιάν.
Cum conflagrasset in seditione Victoriorum, ut
est in Chronico Alex. et apud Zonaram, Cedrenum,
etc., multo ampliorem exstruxit Justinianus Nov.
iii, c. 3. Hodie intra septem regionum includit et
parvam Sophiam appellari auctor est Gyllius in
CP. l. iii, c. 2. Altera ædes D. Irenæ in 7 regione
existit, ut est in veteri urbis Descript. Hanc Mar-
cianus imp. condiderat, ut discere est ex Niceta
in Manuele, l. iii, n. 7, seu, ut voluit Synaxaria,
ad 8 Januarii, S. Xenophon, qui eodem Marciano
imperante vixit. Tertia denique ædes D. Irenæ sa-
cra ea est, quam Justinianus ad ostium sinus Ce-
ratiivi ædificasse auctor est Procopius l. i De ædif.
Just., quam Theophanes dedicatam fuisse ait a.
25 Justin. Existit præterea in Sycis ædes D. Irenæ,
de qua Niceph. Call. l. viii, c. 6 Porro priorem
ædem hic innui existimo.

(64) S. Lazarus. Monasterium S. Lazari condidit
Leo Philosophus, monachis eunuchis in eo insti-
tutis ; ubi corpora etiam S. Lazari et S. Mariæ
Magdalensæ ex Cypro et Bithynia allata deposuit,
ut auctor est Leo Grammaticus, p. 480 et 481,
et ex eo Codinus, in Origin. p. 65. Haud procul
a palatio Constantiniano illud statuit idem Codinus,
p. 40 et 41 ; Pachymeres vero ms. l. ix, c. 16 juxta
urbis muros ; Μία δὲ τῆς κατὰ τὴν μονὴν τοῦ
ἁγίου Λαζάρου πυλῖδος ἀνδιχθείσης.

(65) Chiramas. Nihil succurrit de hac æde.

(66) Enea. De qua diximus supra.

(67) Petrus et Paulus. Vide notata ad p. 482
Alexiad.

(68) 40 Martyrum. De hac æde fuse egimus ad p.
52 Alexiad.

sterna amplissima optimæ aquæ, in qua, ut dicitur, *A Anastasis* (69), *Periuleptos* (70), *Sanctus Joannes de Studio* (71), *Sanctus*

A Andreas (72), *Vlacherua*, etc., in qua tanta copia ubique ædificata remanent ipsarum ecclesiarum, et una pulchrior altera, quod longum esset enarrare.

Du Cangii notæ.

(69) *Anastasis*. Habuere Novatiani hæretici 7 ecclesias CP. quarum præcipua fuit in ea urbis parte, quæ *Pelargi* dicebatur, quam episcopi Constantinopolitani jussu Ariani funditus diruerunt. Novatiani vero ejus rudera Sycas transferentes, aliam ibi exstruxerunt, et mortuo postmodum Constantio, a Juliano facultatem impetrarunt reædificandi ecclesiam in eodem loco, ubi steterat, eique Anastasiæ nomen imposuerunt. Ita Socrates l. ii, c. 30; Sozomenus, l. iv, c. 19; et Nicephorus, l. ix, c. 42; l. x, c. 5. Unde item Socrates, l. vii, c. 39; et Paulus Diac. l. xiv Hist. Misc. ecclesiam istam ad Pelargum, *Novatianorum* vocant. Alia vero hic innuitur Anastasis, seu Anastasiæ nomine donata ædes, illa nempe quæ ex parvulo oratorio in magnum postea templum ab imperatoribus Byzantinis erecta est. Ejus condendæ occasionem narrant Socrates, l. v, c. 7; Sozomenus, l. vii, c. 5; et Nicephorus, l. xii, c. 7. Quippe aliud occupatis CP. ecclesiis ab Arianis, quibus tunc præerat Demophilus patriarcha, Arianae fidei factionis, Gregorium Nazianzenum CP. Catholicorum conventum in domo quadam privata egisse, quam ea tempestate Catholici in oratorium mutarunt, cui Anastasiæ, seu Sanctæ Anastasiæ nomen inditum. Marcellinus comes: *Gregorius Nazianzenus, facundissimus Christi sacerdos, et Hieronymi nostri præceptor, ecclesia nostra apud Byzantium capta ab Arianis, plebem catholicam in beatæ Anastasiæ oratorio catholica allocutione quotidie continuit. Eadem habent Theophanes, p. 56, et Cedrenus, p. 315; ipseque Gregorius orat. de somnio Anastasiæ, et alia habita in concilio CP. sub finem. Nominis rationem variè ab auctoribus tradi comperio. Sozomenus et Nicephorus locis citatis Anastasiam dictam scribunt, quod in ea quodammodo Gregorii concionibus catholica fides, Ariarum perfidia intermorua et collapsa, revixerit, ἐνθάδ' ἀνέστη καὶ ἀνεβίω διὰ Γρηγορίου λόγων. Aliam præterea atlexunt appellationis istius causam iidem scriptores, congregata nimirum ad concionem plebe, gravidam mulierem e sublimi porticu delapsam eo in loco exspirasse, moxque fuis ab astantibus ad Deum precibus revivisse: Ὡς ἐπὶ παραδόξῳ τε θεόθεν συμβᾶσι, ταύτην ἔλαχε τὴν προσηγορίαν ἐξ ἐκείνου ὁ τόπος. Καὶ περὶ μὲν τούτου τοιοῦτος εἰσέτι νῦν φέρεται λόγος; verba sunt Sozomeni. Utramque nominis rationem attingit etiam Cedrenus: Δισσῶς λέγεται ἡ ἐπωνυμία τοῦ τῆς Ἁγίας Ἀναστασίας ναοῦ Ἀνάστασις μὲν διὰ τὸ τῆς ὀρθοδοξίας λόγον ἐν ταύτῃ ἀναστῆναι, Ἀναστασίαν δὲ, διὰ τὸ συμβᾶν εἰς αὐτὴν θαυματουργήματα, etc.; ex quibus patet non Anastasiam duntaxat dictam hanc ædem, sed et *Anastasin*, ut appellatur a Bondelmontio. Permanens eo statu oratorium Anastasiæ, ædes nempe parvula, ad tempora Leonis Magni, quo imperante S. Marcianus presbyter et œconomus eam in augustiorem formam propriis sumptibus exstruxit. Cedrenus: Μικροῦ δὲ ὄντος τοῦ εὐκτηρίου, ὕστερον ἐπὶ τοῦ ὀσίου Μαρξιανοῦ ἀνοικοδομηθῆναι, καθὼς ὁράται. Synaxaria ad 8 Januarii, de S. Marciano: Ἐδείματο δὲ καὶ τὸν τῆς Ἁγίας Ἀναστασίας τὸν ἐν τοῖς δομνίνου ἐμβόλοις, ὃν καὶ ἀπὸ τοῦ μεγάλου διέσωσεν ἐμπρησμοῦ, etc. Iis consentit Codinus, in Origin. p. 46 edit. reg. Ut vero ædem Anastasiæ ab incendio servaverit S. Marcianus, narrant Theodorus Lector Ecl. i, p. 182, et Theophanes p. 97. At Socrates, l. v, c. 7, non a Marciano, sed ab imperatoribus ipsis exstructam refert: Ὅτινι ὕστερον οἱ βασιλεῖς μέγιστον οἶκον εὐκτήριον προσανά-*

φαντες Ἀναστασίαν ἰνδμάταν. Sed et Sozomenus, l. vii, c. 5, amplitudine et elegantia, necnon et crebris miraculis perinsignem fuisse testatur: Μετὰ δὲ ταῦτα περιφανεῖς πῶν ἐν τῇ πόλει νεῶς γέγονεν, καὶ ἐστὶν οὐ μόνον οἰκοδομημάτων κάλλει τε καὶ μεγέθει, ἀλλὰ καὶ ἐνεργῶν θεοφανειῶν ὀφελείαις. Quin etiam tradit Photius codice 59 in pseudosynodo in suburbio Chalcedonis contra S. Joannem Chrysost. coacta, objectum fuisse eidem Joanni, ὅτι τὰ μάρμαρα τῆς Ἁγίας Ἀναστασίας, ἃ ὁ Νεκτάριος εἰς μαρμάρωσιν τῆς ἐκκλησίας ἐναπέθετο, οὗτος διέπρασε. Ex quibus colligitur jam ante Leonis tempora structuræ elegantia conspicuam existisse. Utcunque sit, tum demum eo imperante Sirmio Cpolim translata divæ Anastasiæ reliquias, et in ædem eidem sacram, quæ exstabat in domini porticibus illatas tradunt Theodorus Lector, Ecl. ii, p. 191, Theoph. p. 95, Cedrenus p. 347, et Nicephor. l. xiv, c. 10: Ἐπὶ Γενναδίου πατριάρχου, ἠνέχθη ἀπὸ τοῦ Σιρμιου τοῦ λειψάνου τῆς Ἁγίας Ἀναστασίας, καὶ κατετέθη ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτῆς, τῷ ὄντι ἐν τοῖς δομνίνου ἐμβόλοις. Verum an divæ Anastasiæ martyri primum sacra fuerit, antequam illius eo inferrentur reliquias, addubitari potest, etsi Sanctæ Anastasiæ ædem ante ea tempora appellent Marcellinus Comes, Theophanes, et Cedrenus in Valentiniano: nam Sanctæ appellatio indita videtur, quod in sacrum templum immutata fuerit, aut quod ὀρθοδοξίαν a S. Gregorio inductam et resuscitatam ita indigitare voluerint Byzantini. Cum igitur primum Ἀνάστασις et Ἀναστασία simpliciter diceretur, addito etiam interdum ἁγίας epitheto, factum postea ut in resurrectionis Christi honorem dicatam primitus crederent, qua appellatione indigitabatur Hierosolymitanum templum. Id colligo ex Constantio Porphyrogenneta in Basilio, c. 54, scribente imperatorem hunc, ἐν τοῖς δομνίνου λεγομένοις ἐμβόλοις τὸν εἰς ὄναμα τῆς θείας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Ἀναστασιως, καὶ Ἀναστασίας τῆς μάρτυρος περικαλλῆ ναὸν exornasse, illiusque testudinem ex ligno lapid' au fecisse. Eadem verba habet Scylitzes. Ex prædictis colligitur Anastasianam ædem in ea urbis regione existisse, ubi erant porticus Domini, e regione publici balnei Dagistæi nuncupati, ut ait Cedrenus, p. 392 in regione septima, ut est in veteri urbis Descriptione. Porro ædes illa divæ Anastasiæ martyri, quam Φαρμακολογίαν vocant, quæque martyrîum passa est Valeriano imperante, sacra fuit. Illius corpus etiamnum Constantinopoli asservari in ecclesia patriarchali Græcorum auctor est R. P. Pacificus in Itinerario CP. p. 38. Hujus festum aiunt Græci 29, Latini 28 Octobris. Vide Menolog. Sirloti 12 Octob. et Baron. ad 25 Decemb.

(70) *Periuleptos*. Vide notas ad Alexiadis p. 70.

(71) *S. Joannes de Studio*. Vide tractat. De capite S. Joannis Bapt. c. 7, n. 9; et Gyll. l. iv, p. 9.

(72) *S. Andreas*. Hanc ædem exstruxit Arcadia, Theodosii junioris soror, a qua Arcadiæ dicta, ut est in Chronico Alexandr. p. 711. Existit illa juxta templum Sancti Mœcii, cumque fere collapsa esset, hanc refecit Basilius Macedo, uti tradunt Constantinus in Basilio, c. 54 et Scylitzes p. 587. Renovavit iterum Theodora Michaelis Paleologi imp. e sorore Eulogia neptis, ut est apud Gregoram, l. v et vi, p. 119 et 128, qui monasterium feminarum fuisse ait.

Sunt enim per civitatem pauci habitatores et ini-
mici Latinorum, qui nunquam secretar' pacem cum
iis obtinebunt, et si promittant, non observabunt.
Fuit enim hæc urbs pulcherrima valde, et aula
sapientiæ et honestatis, nunc vero ad ignorantiam,
et duritiam vetustæ opinionis perventi peccato gulæ
adhæserunt, et in tantum delati [f. delicati] propter
copiam piscium (73) et carniū, quod pars quarta
ipsius ad morbum inciderunt lepræ, et doctrinam

A Joannis Chrysostomi, Damasceni, et aliorum san-
ctorum Patrum dimisere. Ad trionem [septemtrio-
nem], per unum milliare, *Pera* (74), Janneusium
pulcherrima civitas est, et per sinum ab urbe
separatur. Sunt etenim ab isto loco usque ad mare
Pontum, seu Euxinum, 18 milliaria, ad trionem ore
tenuissimus, cum periculo intrantium hodie navium,
cum quibus postquam de urbe narravimus, ad
Ægeum mare ad insulam *Stalimini* revertemur.

Du Cangii notæ.

(73) *Propter copiam piscium.* Busbequius: *E
media CP. jucundissimus est in mare, albenemque
perpetuis nivibus Olympum Asiæ prospectus. Mare
piscibus omni ex parte refertissimum, modo demit-
tentibus se ex Mæotide Pontoque per Bosporum et
Propontidem in mare Ægeum Mediterraneumque,
modo ex illo subeuntibus in ipsum Pontum, sicuti
natura fert piscium, tantis agminibus, tamque den-
sis, ut interdum etiam manibus capiantur. Itaque*

*frequentissima est scombrorum, pelamydum, capito-
num, syoodontum, xiphiarum iis locis piscatio, in
qua se præcipue exercent Græci, magis quam Turcæ;
tametsi nec isti positos in mensa pisces aspernantur,
etc.*

(74) *Pera.* De Pera copiose egimus in *Historia
Gallo-Byzantina*, lib. v, n. 32; et in not. ad Villhard.
n. 83.

ANNO DOMINI MCLXXX.

MANUELIS COMNENI

IMPERATORIS

NOVELLÆ CONSTITUTIONES.

I.

AUREA BULLA DE IMMUNITATE CLERICORUM (1).

Balsamon, seu ejus scholiasta, ad synodum Nicænam secundam, capite quarto: 'Ο ἀείμνητος
ἐν βασιλεῦσι κύριος Μανουὴλ ὁ Κομνηνὸς διὰ χρυσοβούλλου, ἀπολυθέντος κατὰ τὸν Φεβρουάριον
μῆνα τῆς ζ' Ἰνδ. τοῦ ςχ' (2) ἔτους, ἐφιλοτιμήσατο πᾶσι τοῖς ὁπουδήποτε τῶν χωρῶν τῆς Ῥωμανίας
προσκαθημένοις ἱερεῦσι καὶ δημοσιακοῖς τελεσταῖς οὗσι μὴ μόνον ἐξκουσεῖαν πασης δημοσιακῆς ἐπη-
ρειας, ἀλλὰ καὶ ἀτέλειαν τοῦ ζευγολογίου. Μετὰ δὲ τινα καιρὸν ἀπεχαρίσατο τούτοις μετὰ δοχῆς ἀτέ-
λειαν. Τὴν δὲ τοιαύτην φιλοτιμίαν τῆς ἐξκουσείας τῶν δημοσιακῶν ἐπηρειῶν ἀπεχαρίσατο καὶ τοῖς ἐν
πᾶσι προσωπικοῖς ἐκκλησιαστικοῖς καὶ μοναστηριακοῖς κτήμασι προσκαθημένοις ἱερεῦσι· πλὴν τῶν μὲν
δημοσιακῶν ἱερέων τὴν ποσότητα δι' ἀπογραφῆς ἐστενοχώρησε διὰ τὴν δοχὴν τῶν συμπαθηθέντων τελε-
σμάτων αὐτῶν ὥστε εἰς τὸ ἐξῆς μὴ αὐξάνεσθαι ταῦτα, τοὺς δὲ λοιποὺς προσωπικοὺς ἱερεῖς οὐκ ἠύδωκ' ἔσεν
ἀπογραφῆναι πάντως διὰ τὸ μηδὲ ὀφείλειν γίνεσθαι χάριν τούτων δοχὴν οἰανδήτινα. Adduntur hæc:
'Ἐπεὶ δὲ μετὰ τινος χρόνου, ἱερέων τινῶν δημοσιακῶν ὑπερβαίνοντων τὴν ποσότητα τῶν, ὡς εἴρηται,
γεγονοῦν ἀπογραφῶν ἐλκομένων εἰς ἀπόδοσιν πλοῦτων καὶ λοιπῶν δημοσιακῶν ἐπηρειῶν, ὑπεμνήσθη ὁ
κραταῖος καὶ ἅγιος ἡμῶν βασιλεὺς παρὰ τοῦ ἀγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Λουκά, καὶ συνεζήτηθη κατὰ
πρόσταξιν βασιλικήν, εἰ βοηθοῦνται καὶ οἱ τοιοῦτοι δημοσιακοὶ ἱερεῖς ἀπὸ τοῦ ῥηθέντος χρυσοβούλλου εἰς
τὸ ἐξκουσεῖσθαι τέως ἀπὸ τῶν δημοσιακῶν ἐπηρειῶν. Διεγνώσθη συνοδικῶς, ἔχειν τοὺς τοιοῦτους ἱερεῖς
τέως τὴν ἐξκουσεῖαν ἀπὸ τῶν ἐπηρειῶν. Εἶπε γὰρ ἡ ἁγία σύνοδος, ὅτι καὶ ἀπὸ τοῦ προοιμίου, ἀλλὰ μὴ
καὶ ἀπὸ τοῦ ἐξκουσεῖσθαι πάντας τοὺς προσωπικοὺς ἱερεῖς μηδὲ ἀπογραφομένους, παρίσταται ἐναργῶς
τὴν βασιλικὴν εὐεργεσίαν πρὸς πάντας ὑφαπλωθῆναι τοὺς ἱερεῖς. Ἄδικον δ' ἔφασαν καὶ τῆς βασιλικῆς
εὐεργεσίας ἀλλότριον, τούτους μὲν τῷ δημοσίῳ μηδὲν συνεισφέροντας ἐξκουσεῖσθαι διὰ τὴν τιμὴν τῆς
ἱερωσύνης, ἐκείνους δὲ τελεσταῖς ὄντας τοῦ δημοσίου ἐπηρεάζεσθαι καὶ τὴν ἐκ τῆς ἱερωσύνης μὴ ἔχειν
περίθλαψιν, ἀλλὰ κατὰ τοὺς λαϊκοὺς εὐθύνεσθαι. Καὶ ἀνάγνωθι τὸ κατὰ τὸν Ἰούλιον μῆνα τῆς α' Ἰνδ. τοῦ
ςχ' [ος'] ἔτους γεγονὸς χάριν τούτου συνοδικὸν σημείωμα.

(1) Anno 1144.

(2) Lege ςχνϑ. Vide Zacharium a Lingenthal, pag. 432.